

Iob

ois orator. Aut enim docibiles aut teni-
noles aut attentos auditores debet effi-
cere. Hic igitur prophetam a magnitudine cla-
dis sumens principium eosque qui audituri erant
volens ad penam provocare reddidit atten-
tos admirans futurum malum ut considerant
venturam cladis asperitatem: ocius arri-
perent penam. Iob interpretatur incipi-
ens aut domini descensus. Fatuel vero aut
latitudo aut ostium dei. Tropologie h
est quod ostium dei et scientiam habuerit
aptam recte incipit prophetare.

Incipit argumentum in eundem.

Iob filius fatuel descri-
bit terram duodecim tri-
butum eruca bruchum locu-
sta rubigine vastate con-
sumptam: et post reversionem
prioris populi effusum iri spiritum sanctum super ser-
uos dei et ancillas .i. super centum viginti
credentium nomina: et effusum iri in cenaculo suo:
qui centum viginti ab uno usque ad quindecim
paucitatem et per incrementa surgentes
quindecim graduum numerum efficiunt qui
in psalterio mystice continentur.

**Explicit argumentum. Incipit
Iob propheta Capitulum I**

Verbum
domini quod factum est
ad iob filium fa-
tuel. Audite he senes:
et auribus percipite omnes habitato-
res terre si factum est istud in diebus vestris: aut
in diebus patrum vestrorum. Super filios vestros
narrate: et filij vestri filijs suis: et filij eorum ge-
nerationi altere. Residuum eruce comedit
locusta: et residuum locustę comedit bruchus
et residuum bruchi comedit rubigo. Exp-
giscimi ebrii: stete et ululate omnes qui bibitis
vinum in dulcedine: quoniam perijt ab ore vestro.
Dens enim ascendet super terram meam: fortis

et innumerabilis. Dentes eius ut dentes leo-
nis: et molares eius ut catuli leonis. Pos-
sunt vinearum mea in desertum: et ficus mea de-
corticavit. Rudans spoliavit eam et percit:
albi facti sunt rami eius. Plange quasi homo
accincta sacco: super virum pubertatis super-
perijt sacrificium et libatio de domo domini:
luxerunt sacerdotes ministri domini. Depo-
pulata est regio: luxit humus: quoniam deua-
statum est triticum. Confusum est vinum et
elanguit oleum. Confusi sunt agricolę. Vlu-
lauerunt vinitores super frumento vino et
hordeo: quoniam perijt messis agri. Vinea confu-
sa est: et ficus elanguit. Malo granatum
et palma et malum et omnia ligna agri aruerunt:
quoniam confusum est gaudium a filiis hominum. Acci-
gite vos et plangite sacerdotes: ululate
ministri altaris. Ingredimini cubate i sac-
co ministri dei mei: quoniam interijt de domo
domini vestrum sacrificium et libatio. Sanctificate
ieiunium: vocate cęteri: congregate senes omnes
habitatores terre in domum dei vestri: et cla-
mate ad dominum. A. a. a. diei: quoniam prope est dies
domini et quasi vastitas a potestate veniet. Nun-
quid non coram oculis vestris alimenta perierunt:
de domo dei vestri leticia et exultatio: Con-
putruerunt iumenta in stercore suo. Demo-
lita sunt horrea: dissipate sunt apothecę:
quoniam confusum est triticum. Quid ingemuit
animal: mugierunt greges armati: Quia
non est pascua eis. Et greges pecorum dis-
perierunt. Ad te domine clamato: quia ignis
comedit speciosa deserti: et flamma succen-
dit omnia ligna regionis. Et bestię agri
quasi area sitiens imbrem: suspexerunt ad te:
quoniam exiccati sunt fontes aquarum: et ignis
deuoravit speciosa deserti.

III
Confite tuba in sion: ululate in mo-
te sancto meo. Conuertent omnes ha-
bitatores terre quoniam venit dies domini:
quoniam prope est dies tenebrarum et caliginis: dies
nubium turbis. Quasi mane expansus
super montes: populus multus et fortis. Similis ei
non fuit a principio et post eum non erit usque
in annos generationis et generationis. Ante
faciem eius ignis vorans: et post eum ex-
urens flamma. Quasi hortus voluptatis